



Conclusionum Forensium.

EXERCITATIO XXV.

Ad Lib. XIII. Digest.

Quam,

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO Lauterbach /

U. J. D. & Professore,

Placido Eruditorum Examini,

Ad diem 31. August.

proponit

DAVID Guther / Ulmenfis.

T U B I N G Æ,

Typis JOHANN-HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXVI.

1666, 8.

43

Conditionum for...

EXTRACTIO X V

Ad Lib. XIII. Diges.

Divinatione...

P. R. A. I. D. A.

WOLFGANG ADAM JOHANN

U. J. D. & Co.

...


DAVID...

...

...

...





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XXV.

Ad Lib. XIII. Digest.

I.

Illi, qui post furtum commissum factus est rei furtivæ dominus, si eidem res naturaliter vel civiliter fuerit surrepta, datur condictio furtiva; (a) secus si eidem res nullo modo surrepta. (b)

a) *arg. l. 1. l. 11. ff. de condict. furtiv.* Bach. & Hahn. ad Wesenb. π. d. r. n. 6.

b) *d. l. 11. ff. de condict. furtiv.* Wesenb. d. l. Clud. tr. de condict. furtiv. cap. 21. n. 5. Diff. Hahn. d. l.

II.

Condictio furtiva incerti datur etiam creditoribus pignoratitiis (a) & commodatariis. (b)

a) *l. 12. §. f. de condict. furtiv. l. 22. pr. ff. de pignorat. action.* Clud. d. tr. c. 28. Bach. de Action. disp. 4. th. 23.

b) *l. f. §. 3. C. de furt.* Dr. Joh. Ott. Tabor. in *racem. crim. ad l. 59. verb. ideoque furti actionem fore in fin. ff. de furt.* Bocer. class. 4. disp. 1. th. 82. lit. d. Diff. Clud. d. tr. cap. 30.

III.

Furto à pluribus commissio, datur etiam condictio furtiva contra singulos in solidum, excluso divisionis beneficio; ita tamen ut unius solutione reliqui liberentur; (a) nec solvenri regressus detur contra criminis socios. (b)

a) *l. 1. C. de condict. furtiv. arg. l. 57. de R. I.* Carpzov. I. F. part. 4. const. 34. def. 5. **. Clud. tr. de condict. furtiv. cap. 44. num. 13. Covarruv. in c. peccatum. de R. I. in 6. p. 2. tom. 1. §. 12. n. 3.

B 2

(b) arg.

b) *arg. l. 38. §. ult. ff. de administ. tutor. post Cyn. Sichard. Clud. d. cap. 44. n. 14. & seq. vid. Covarr. d. §. 12. num. 4.*

IV.

Fure ultimo licet supplicio punito, tamen ejus heredes in solidum conveniri possunt condictione furtiva, idque sive res furtiva ad illos pervenerit, sive à fure consumpta fuerit, vel alio modo perierit.

*arg. l. 7. §. 1. ff. de condict. furtiv. l. 45. ff. pro socio. l. un. C. quand. Civil. act. crimin. prejud. arg. art. 208. Ord. crim. Carol. V. Harpr. ad §. fin. l. de obligat. qua ex delict. nasc. num. 15. & seq. Berlich. part. 5. conclus. 45. n. 6. & seq. Richter. part. 2. decis. 96. n. 14. **.* Besold. in *delibat. ex lib. 47. ff. q. 7.* atque hanc sententiam in respondendo etiam secuti sunt Dnn. Jurisconsulti Argentoratenses, teste Dn. Joh. Ott. Tabor. *Sylog. 1. Benedict. 4. vid. tamen Carpz. part. 4. Jurisp. Forens. p. 4. const. 32. def. 23. & prax. crims. part. 2. quest. 80. n. 104. & seqq.*

V.

In bonis furis, furtum passio, ratione rei furto surreptæ, nulla tacita competit hypotheca.

Diss. Carpz. pract. crim. part. 2. quest. 80. n. 119.

VI.

Magistratus rem furtivam, nec ob expensas in inquisitionem delicti & executionem pœnæ ex officio factas, retinere potest.

arg. art. 207. & art. 213. ord. crim. Carol. V. vid. Richter. decis. 96. n. 177. & seqq.

VII.

Ex L. diffamari. Cod. de ingen. manum. non datur conditio ex Lege.

Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 23. th. 1. lit. d. verb. exempla. Diss. Boccr. Class. 3. disp. 21. th. 5.

Civis

VIII.

Civis Ulmensis, qui Francofurti promisit pecuniam Hamburgi solvendam, actione arbitraria de eo, quod certo loco, Lipsiæ conveniri nequit; (a) licet ibi præsens reperiatur, imò nec Francofurti, nec Hamburgi. (b)

- a) per ea: qua tradit Perez in *Cod. tit. ubi conveniatur, qui certo loco dare permisit.* & ibi Joh. Brunnemann. Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 23. th. 3. lit. g. & de action. disp. 8. th. 4.*. Frantzk. in *Comm. π. tit. de eo, quod cert. loco. num. 21.* Dissent. Bart. & Ant. Faber, in l. 1. ff. de eo quod cert. loco. Carpz. lib. 2. Respons. 30. n. 13. ibi: sed alibi, ubi reperitur, conveniri potest.
- b) per ea quæ tradit Aug. Barbof. ad d. l. un. *Cod. ubi conven. q. cert. loco.* Diss. Bachov. de *Action. d. disp. 8. th. 4. vers.* & obiter hîc notandum Costal. ad d. l. 1. ff. de eo quod cert. loco. num. 15. Dn. Hahn. ad π, Welenb. tit. de eo quod cert. loco. num. 4.

IX.

Actio de eo, quod certo loco, in alio foro competente institui potest, licet debitor citra culpam vel moram suam in debito loco debitum non solverit.

- l. 1. ff. de eo, quod cert. loco. Marcell. Crescens, *decis. Rot. Rom. 2. de solut.* Frantzk. in *Comm. π. d. t. n. 14.*

X.

Constitutum indebiti nec jure donationis subsistit.

- arg. l. 3. §. 1. ff. de const. pecun. arg. l. 19. pr. de R. C. Zœl. ad rit. de const. pecun. n. 10. Diss. Costal. ad l. 11. ff. de constit. pecun. vid. Paul. Bus. ad l. ult. d. t. Bach. ad Treutler, vol. 1. disp. 23. th. 9.

XI.

Quod debitum est, sed jure exceptionis eliditur, efficaciter in constitutum non venit. (a) Et qui pro fœmina intercedente, vel filiosfamilias contra Sctum Macedonianum mutuum accipiente, se soluturum constituit, regulariter Vellejani vel Macedoniani Scti exceptione, jure sese defendit.

a) l. 3.

- a) l. 3. §. 1. ff. de constit. pecun. Diss. Costal. ad l. 11. ff. d. t.
 b) arg. l. 2. ff. qua res pign. oblig. l. 9. §. 3. de SCT. Macedon.

X I I.

Etiam illi, qui alienum debitum se soluturum constituit, beneficium excussionis competit.

arg. Nov. 4. c. 1. Carpzov. part. 2. l. F. const. 18. def. 2. Joh. Brunneman. ad l. f. C. de constitut. pecun. Hujusmodi enim constitutor non fit debitor principalis, nec principale debitum in se transfert. Diss. Carpz. d. l. n. 5. & 6. vid. Hering. de fidejuss. c. 27. part. 1. n. 84. & seqq.

X I I I.

Commodatum regulariter nec commodantis (a) nec commodatarii morte (b) finitur.

a) arg. l. 17. §. 3. ff. commodat.

b) arg. d. l. 17. §. 3. junct. l. 9. in f. ff. de probat. vid. Bach. ad Treutler. vol. 1. disp. 24. th. 5. lit. f. Diss. Treutler. d. l.

X I V.

Commodatum propter inopinatam proprii usus necessitatem etiam ante tempus & modum à contrahentibus definitum revocari potest.

arg. l. 3. C. locat. l. 8. C. de revoc. donat. Molin. de I. & I. disp. 294. n. 8. & seqq. Card. de Lugo, de iust. & iur. disp. 32. sect. 2. n. 10. & seqq. Bonac. de contractib. disp. 3. q. 15. num. 1. vers. tertio. Zæf. in Comment. π. tit. commod. Dn. Hahn. ad π. Wesenb. d. t. num. 11. Diss. Tuld. in Cod. tit. de Commod. num. 1.

X V.

Qui pluribus rem pariter commodavit & singulorum fidem in solidum secutus est, singulos in solidum habet obligatos, non tantum quoad doli & culpæ præstationem, sed etiam quoad rei restitutionem.

l. 5. §. f. ff. commod. l. 9. pr. junct. l. 3. §. 1. ff. de duob. reis. Bach. ad Tr. vol. 1. disp. 24. th. 2. lit. c. vid. Köppen. lib. 2. obs. 9. in fin. Frantzk. in Comm. π. tit. Commod. n. 27. Diss. Dn. Carpz. part.

part. 2. Const. 26. def. 14. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 9. tit. 4. num. 15.

XVI.

Si res commodata Commodatarii culpa perierit, vel plane inutilis facta fuerit, Commodanti solvenda est rei æstimatio, nec eidem invito similis obtundi potest.

l. 17. §. f. l. 3. §. 1 ff. commodat. junct. l. 2. §. 1. de R. C. Frantzk. in comm. π. tit. Commod. num. 39. Mevius ad Ius Lubecens. lib. 3. tit. 3. art. 1. num. 16. Diss. Joh. Koppen. lib. 2. obs. 10. n. 5. vers. quod si tamen.

XVII.

Incendio in ædibus Commodarii casu exorto, Commodatarius, qui & res commodatas & proprias exportare non potuit, pocula argentea & similia preciosa propria exportavit, relictis minoris pretii supellectilibus commodatis, eo nomine commodanti non tenetur.

Gloss. Bart. & alii in l. 5. §. 4. ff. Commod. Dn. Hahn. ad π. Wesemb. tit. Commod. num. 7. verb. dummodo non ipsius culpa vers. ubi tamen distinguendum. Bonacin. de contractib. & restitut. disp. 3. quest. 1. punct. 6. num. 22. Lugo de I. & I. disp. 8. sect. 10. num. 140. Diss. Anton. Faber. in rational. ad ad d. l. 5. §. 4.

XVIII.

Pecuniâ gratuitâ mutuâ datâ, & fundo in securitatem debiti accepto, potest creditor de fructibus fundi sibi oppignorati ad modum legitimum usurarum retinere, idque vi tacitæ antichresis. (a) etiamsi à debitore nulla mora sit admissa. (b)

- a) *Cujac. 8. obs. 17. Dn. Joh. Otto Tabor. tr. de altero tanto. part. 3. art. 12. Carpzov. part. 2. l. F. const. 30. def. 40. n. 1. & 2. Andr. Schæffer. part. 2. q. 22. Bach. ad Treutler. vol. 1. disp. 2. disp. 1. th. 6. lit. b.*
b) *arg. d. l. 8. Diss. Salmas. tr. de mod. usur. cap. 14. pag. 623. Arnold. Vinn. lib. 2. quest. 7.*

Expres.

XIX.

Expressum pactum antichreticum etiam in fructibus naturalibus est validum, licet fructus legitimum usurarum modum excedant.

arg. l. 17. l. 23. C. de Usur. Diff. Dn. Carpz. I. F. part. 2. const. 30. def. 42.

XX.

Lex commissoria, etiam ex intervallo pignori adjecta, est invalida.

arg. l. f. C. de pact. pign. ibi Joh. Brunnem. Mester. de Leg. Commiss. q. 6. Diff. Negul. de pign. part. 4. n. 6.

XXI.

Hypotheca nuda conventionione constituta, creditori debitoris fraude decepto, eo nomine contra debitorem non datur actio pignoratitia contraria.

Bach. de pign. lib. 3. c. 9. num. 3. in fin. Diff. Bart. & Alexand. in l. 17. §. 3. de pact.



X 2615924

7V 9A



Inches
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



tium

v.

igest.

te,

O Lauterbach!

ore,

mini,

menfis.

CI REISI,

VI.

1666, 8.

43

